ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS

2. Hälfte 12. Jh. Seite 54v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

deam nonsolum quales foras ostendere sed etiam quales se de
beant intus exhibere. ut plus excogitationib occultum iudi
cium quam exsermonib reprehensione metuant proximorum;
Scriptum namq; est; filii mi adtende sapientiam meam. et prudentie
mee inclina aurem tuam. ut custodias cogitationes. Nil quippe
in nobis est corde fugatius. quod a nobis torrens recedit quotiens
p prauas cogitationes defluit. Hinc et ait psalmista atq;
Cor meum dereliquit me; Hinc quidem ad semetipsum redi ens
dicit; Dne inuenit seruus tuus cor suum ut oraret te. Cum
ergo cogitatio p custodiam restringit. cor qd fugere consue
uit inuenit. Plerumq; autem nimus tacti cum nonnulla in
iusta pacimur. eo in acriorem dolorem pdeunt. quo eique sustinent
non locuntur; Nam si illatas molestias tranquille lingua
diceret. mens a conscientia doloris alienа maneret.
Vulnera enim clausa plus cruciant. Nam cum pimredo que
interius feruet eicitur. ad salutem dolor aperitur. Sciere g
debent qui plus quam expedit tacent. ne inter molesta que
tolerant dum linguam tenent uim doloris exaggerent;
Admonendi enim sunt. ut si proximos sicut se diligunt. minime
illis taceant. unde eos iuste reprehendunt. Vocis enim medica
mine utrorumq; salutem concurritur. dum et ab illo qui in
fert actio praua compescitur. et ab hoc qui sustinet doloris
feruor uulnere aperto temperat. Qui enim proximorum
mala respiciunt. et tam in silentio linguam premunt. quasi